

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre IIIItemMythologia, Francfort, 1581 - III, 03 : De Cocyto](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - III, 03 : De Cocyto

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[20\] : De fluminibus inferorum](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 03 : De Cocyto](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 04 : Du Cocyte](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 03 : Du Cocyte](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

dulcium aquarum vim oriri putarunt, illi Terræ filiam Stygem, ut cætera flumina, arbitrati sunt: quare non est absurdum si res eadem aliis de causis varios ortus apud fabularum inuentores sortita sit. Quòd autem honorè illum consecuta sit Styx, quia Ioui aduersus Titanas fuerit auxilio, vel quia Ioui infidias indicasset, nihil aliud significare voluerunt antiqui, nisi principes suos à singulis nationibus esse pro viribus in imperio retinendos, si viri boni sint præcipuè: atque principes ipsos munificos esse oportere erga illos, qui sceleratorum prodiciones & infidias patefaciunt: quia re nihil esse potest neque sanctius, neque ad seruandas ciuitates accommodatius. ac de Styge satis, nunc de Cocyto dicamus.

De Cocyto. CAP. III.

COCYTUM quoque defunctorum animarum multitudini transeundum esse fabulati sunt antiqui, priusquam ad inferos deueniretur. hic fluuius & quò illabatur, & vnde oriatur, ita patefecit Plato in Phædon: *ὁ δὲ ἰμπίτων ὄταυρα, καὶ ἐπιὰτ ἰωάμας λαβὼν ἐν τῷ ὕδατι, δὲς κατὰ τῆς γῆς, πῶς ἐπιπύμας, γὰρ ἐν ἰσπυτίῳ τῷ πυρὶ φλεγύθοντι, καὶ ἀπαντᾷ ἐν τῷ Ἀχέρειᾳ δὲ λίμνῃ ἐξ ἰσπυτίαις. καὶ ὑδὲ τὸ τέτυκ ὕδωρ ἔδινι μίγνυται, ἀλλὰ καὶ ἕτοις κυκλῶ περιελθὼν, ἰμπίαμας ἕς τὸν τάρταρον, ἰσπυτίῳ τῷ πυρὶ φλεγύθοντι. ὄνομα δὲ τέτυκ ἰσπυτίαις (ὡς οὐ πύματι φάσκουσι) κωκυτίαις.* Hic verò huc delatus, magnamque vires ab aqua assumens, terramque ingressus ac circumuolutus contrarius fluit Pyriphlegethonti, illique sit obuius in stagno Acherusia: neque huius aqua cum alia commiscetur, sed in gyrum circumuolutus in tartarum irruunt. Pyriphlegethonti aduersus ipsum autè nomen est (ut aiunt poete) Cocytus. Fabulati sunt antiqui Minthem nympham non indecoram fuisse Cocyti filiam, quam ubi Proserpina cum Platone deprehendisset, tam diu indignationem dissimulauit, donec Pluto recederet. Deinde post graue reprehensionem in mentham herbam conuertit, & de pithca nomine appellauit. Istud cum in monte Pylo propinquo accidisset, mons etiam nomen inde accepit ut ait Sosstratus in secundo introductionis, fabulose historie. Fratrem etiam spurium, qui furto conscius assensisset vel propter metum, vel propter reuerentiam Plutonis, in syluestrem herbam propè similem odore & aspectu

ἐπιπύμας

Etia conuenit. Scripsit Homerus in libr. 8. Odyss. Cocytum & Pyriphlegethontem in Acherontem perfluere, cum sit Cocytus tanquam riuus Stygis, ut patet ex his:

ἴδα μὲν εἶς Ἀχέρντα περιφλαγίδων τὶ ῥίον,
κακυτέον, ἐὶ δὲ στύγος ὑπὸ στεινῆς ἀπορρώτης.

*Atque Pyriphlegethon, Cocytusq; è Styge labens
Immensas Acherontu aquas mox fluitibus argens.*

Neque plura serè de Cocyto memorix prodita sunt ab antiquis, nunc veritatem ex his eliciamus.

¶ Dicitur est autem Cocytus à querelis & lamentationibus, ut nomen ipsum significat, & veluti testatur Plato in tertio libro de rep. quia morituri plerique post commissorum penitentiam lamentantur, quia illa contra Dei optimi omnium parentis leges commiserint. Alij maluerunt dictum esse, quia queruntur & grauitè ferunt, quia res charissimas sint relictur: alij ob lamentationes coniunctorum dictum putant hunc fluium, qui moturus est transeundus. Neque potest quispiam ad inferos accedere, nisi per hæc flumina, vel (ut verius dicam) per turbulentissimas has animi cogitationes, quas antiqui per suas fabulas significarunt. Qui quidem ita viuendum esse per hæc figmenta ostendebant, ut intrepidi essemus ad omnem post mortem fortunam. Nunc dicatur de Charonte.

De Charonte. CAP. IIII.

CHARON verò, cuius nomen latitiam significat, qui fuit Erebi & Noctis filius, ut sensit Hesiodus, qui in Theogonia omnia prope inferorum monstra ex his nata esse affirmavit, portitor animarum & trium horum fluium nauta dicebatur. Erat quidem præter hos Phlegethon siue Pyriphlegethon, de quo cum fabula in idem recidat cum Cocyto, plura dicenda non putauimus. Hic Charon dicitur ab antiquis grandævus, & à Polygnoto pictore senex pingebatur: qui Minyadem poetam fortasse secutus fuit, in qua erat de Charonte huiusmodi sententia:

*Atque hic exanguis longævus portitor Sumbrae
Puppe Sedit patula.*

Sic etiam Virgilius lib. sexto Charontem senem esse demonstravit, ubi illius formam describit:

Portitor hæc horrendæ aquas & flumina servat